DE FLAVII IOSEPHI STUDIIS RHETORICIS
QUAESTIONES SELECTAE

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA RITE CAPESSENDOS SCRIPSIT

WILHELM HORNBOSTEL
HANNOVERANUS

HALIS SAXONUM
TYPIS WISCHANI ET BURKHARDTI
MDCCCCXII

DE DISSERTATIONE PROBANDA
AD PHILOSOPHORUM ORDINEM RETTULIT
OTTO KERN

PARENTIBUS CARISSIMIS
SACRUM

De Flavii Josephi arte rhetorica disputaturus initium scribendi facio a verbis ipsius Josephi de sermone suo in epilogo Antiquitatum (XX 263) factis, quibus non sine gloria fatetur neque Iudaeum neque omnino alium hominem aptiorem fuisse ad historiam Iudaeorum conscribendam: *ἔχω γὰρ ὁμολογούμενον παρὰ τῶν ὁμοεθνῶν πλεῖστον αὐτῶν κατὰ τὴν ἐπιχώριον παιδείαν διαφέρειν καὶ τῶν Ἑλληνικῶν δὲ γραμμάτων ἐσπούδασα μετασχεῖν τὴν γραμματικὴν ἐμπειρίαν ἀναλαβών, τὴν δὲ περὶ τὴν προφορὰν ἀκρίβειαν πάτριος ἐκώλυσεν συνήθεια.* Josephus quippe qui studiis litterarum Graecarum se tradens peregrina lingua uti vellet ad libros componendos, viribus suis, quia deerant ars et exercitatio *τῆς προφορᾶς*, diffisus est. Unde auxilium petiverit ipse dicit: *εἶτα σχολῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ λαβόμενος, πάσης μοι τῆς πραγματείας ἐν παρασκευῇ γεγενημένης χρησάμενός τισι πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς οὕτως ἐποιησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν* (c. Ap. I 50)[1]. Nascentem igitur librum ita animo nobis effingimus, ut Josephus postquam attendens argumentum fundamentum, quod *τὸ ὑπόμνημα* dicimus, paravit, id rhetoribus tradiderit, a quibus secundum rhetorum praecepta expolitum est. Quia tamen fieri non potest, ut ars rhetorica ab Josepho ipso adhibita ab opera *τῶν συνεργῶν* discernatur, nos non vexabit controversia, quid librorum ipsi scriptori, quid *τῶν συνεργῶν* operae tribuendum sit. Inquirendi vias et modos aperuit Alfredus Wolffius[1]) dissertatione egregia de bello Iudaico, qua ostendit non iniuria veteres criticos hanc descriptionem belli exercitationem rhetoricam vel epideixim duxisse:

---

[1]) cf. Alfredum Wolff, De Flavii Josephi belli Iudaici scriptoris studiis rhetoricis. Diss. Halle 1908 p. 1.

Φαῦλοι δέ τινες ἄνθρωποι διαβάλλειν μου τὴν ἱστορίαν ἐπικεχειρήκασιν ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα προκεῖσθαι νομίζοντες (c. Ap. I 53).

Sed haec hactenus. Nolo repetere, quae Wolffius dilucide exposuit, nova autem iis addere nequeo. Itaque transeamus ad disputationem ipsam ac primum quidem ad

argumentum.

Libri contra Apionem scripti divisi sunt in duas partes (I 1—II 144 et II 145—II 296), quarum pars prior initium capit a

prooemio (I 1—5),

neque est quod dubites, num traxerit argumentum ex solito rhetorum more[1]; est enim quadripertitum, pariter ac prooemium alteri parti praemissum, II 145—150 (cf. p. 3). Dionysius Hal. (De Lys. 17 p. 490 U.-R.) has partes quattuor enumerat: *τότε μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπαίνου λέγων αὐτὸς ἄρχεται.* Hoc est quod Suessius nominat laudationem aut rei aut scriptoris ipsius. Apud Josephum hanc partem amplectuntur verba *Ἱκανῶς — συνεγραψάμην* (I 1), quibus hos libros tantum additamentum quoddam esse dicit re ipsa iam in libro de Antiquitatibus diiudicata.

Secunda pars est *ἡ διαβολὴ* adversariorum aut refutatio *τῆς διαβολῆς* in rem aut scriptorem, qua de parte docet Dionysius (l. c.): *τότε δὲ ἀπὸ τῆς διαβολῆς τοῦ ἀντιδίκου, εἰ δὲ τύχοι αὐτὸς προδιαβληθείς, τὰς αἰτίας πρῶτον ἀπολύεται τάς καθ' αὑτοῦ.* Neque aliter Josephus iis quae sequuntur I 2/3 (*ἐπεὶ δὲ . . ἐπανορθώσασθαι*).

Mirari non debemus tertiam partem partitionis rhetoricae (Dion. Hal. l. c.): *τότε δὲ τοὺς δικαστὰς ἐπαινῶν καὶ θεραπεύων οἰκείους ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πράγματι καθίστησι*), quae inscribitur petitio *τῆς εὐνοίας*, tam brevem esse apud

---

[1]) cf. Süss, Ethos. p. 194.

Josephum (I 3 verba *διδάξαι — ἀρχαιότητος*). Quod quomodo factum sit, facile intelleget, qui perpenderit verba Luciani de prooemiis historicorum facta (De hist. conscr. c. 53): *τὸ τῆς εὐνοίας παρεὶς προσοχὴν καὶ εὐμάθειαν ἐμποιήσει τοῖς ἀκούουσι*[1]), cum ad nihil aliud nisi *τὸ γένος δικανικόν* pertineant verba Anaximenis *καθ᾽ ὅσον τῷ λόγῳ δυνατὸν εὔνους ἡμῖν αὐτοὺς ποιῆσαι* (Rhet. Gr. ed. Sp.-H. I 2 p. 65. c. 29).

Extrema prooemii pars amplectitur commendationem rei (I 4/5), de qua Dionysius (l. c.) pluribus agit: *τότε δὲ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἰδίαν καὶ τὴν πλεονεξίαν τὴν τοῦ ἀντιδίκου καὶ τὸ μὴ περὶ τῶν ἴσων ἀμφοτέροις εἶναι τὸν ἀγῶνα ὑποδείκνυσι · τότε δὲ ὡς κοινὰ τὰ πράγματα καὶ ἀναγκαῖα πᾶσι καὶ οὐκ ἄξια ὑπὸ τῶν ἀκουόντων ἀμελεῖσθαι λέγει, τότε δὲ ἄλλο τι κατασκευάζεται τῶν δυναμένων αὐτὸν μὲν ὠφελῆσαι, τὸν δὲ ἀντίδικον ἐλαττῶσαι.*

Josephum rhetorum praecepta consilio et mente sequi satis ex eo elucet, quod eaedem partes apparent in prooemio alterius partis librorum c. Ap. scriptorum (II 145—150). Ordo tantum paulum immutatus est; pars enim laudatio aut rei aut scriptoris ipsius (II 146) ponitur post partem *διαβολή* (II 145). Etiam in hoc prooemio breviter perstringitur *τὸ εὔνους ποιεῖν* verbis *παρακαλῶ δὲ τοὺς ἐντευξομένους τῇ γραφῇ μὴ μετὰ φθόνου ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσιν* (II 147), et iterum finem prooemii facit commendatio rei (II 147—150).

Prooemiis tractatis paucis attingam

excursus

post utrumque prooemium insertos. Priorem excursum (I 6—56) indicat Josephus verbis *περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαίαν ἐποιησάμην τὴν παρέκβασιν* (I 57), atque alterum (II 151—156) non minus verbis *Μικρὸν οὖν ἀναλαβὼν τὸν λόγον τοῦτ᾽ ἂν εἴποιμι πρῶτον* (II 151) quam transitu ad argumentationem propriam *Ἴδωμεν δὲ τῶν ἔργων αὐτοῦ τὸ*

---

[1]) cf. Lieberich, Studien zur Geschichte des griech. Prooem., Diss. München 1899.

πρῶτον μεγαλεῖον (II 157). Josephus utrum voluntate an casu utrumque excursum locis tam eximiis posuerit non diiudicem, attamen suspicor eum his interiectionibus artificiosis fundamentum argumentationis insequentis consulto sibi paravisse.

Partitio.

librorum c. Ap. scriptorum perspicua et dilucida est; duas enim partes distinguere possumus, priorem I 1—II 144 et alteram II 145—296. Non solum excursus duo et prooemia tanta arte perpolita partitionem significant, sed etiam termini technici quidam. Legimus I 219 *Ἓν ἔτι μοι κεφάλαιον ὑπολείπεται τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν προτεθέντων τοῦ λόγου*, II 144 *καὶ τοῦτο [παρ]ῇ μῶν ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔστω τοῦ λόγου,* II 151 *Μικρὸν οὖν ἀναλαβὼν τὸν λόγον. Τὰ κεφάλαια*[1]) sunt partes minores, quas dicimus capita. Cavendum est ne *λόγον* reddamus verbo voluminis aut libri, cum naturalis et principalis significatio, id quod docet Herodotus Aesopum *λογοποιόν* nominans (II 134)[2]), sit narratio. Ex Josephi verbis aliud esse finem voluminis aliud finem *λόγου* intellegimus, I 320 *ἀλλ᾽ ἐπειδὴ σύμμετρον ἤδη τὸ βιβλίον εἴληφε μέγεθος, ἑτέραν ποιησάμενος ἀρχὴν τὰ λοιπὰ τῶν εἰς τὸ προκείμενον πειράσομαι προσαποδοῦναι.* Ex magno numero locorum, quos Birtius (l. c. p. 146) collegit, unum afferam, Sext. Emp., Adv. dogm. I 446 *μέτρον δὲ ἔχοντος αὔταρκες τοῦ ὑπομνήματος ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς πειρασόμεθα κτλ.* Gutschmidius[3]) Herodotum ipsum eius usus testem esse dicit, cum *λόγος ά* non totum volumen primum expleat, sed etiam *λόγος β'* magnam eius partem (I 95—130) occupet.

Huc spectat etiam alia res eo effecta, quod scriptori respiciendus erat ʻmodus voluminisʼ. Initio enim voluminis

---

[1]) de hoc verbo cf. Mutschmann Herm. XLVI (1911) p. 95 et Th. Birt, Das antike Buchwesen p. 158.

[2]) cf. Ed. Meyer, Forsch. zur alten Gesch. I p. 128.

[3]) A. v. Gutschmid, Kl. Schr. IV (1893) p. 183.

novi ei collocanda erat *παλιλλογία,* ut is qui legit contextum argumentationis nondum perfectae caperet. Ex hac iteratione, quid sit discriminis inter duo initia et voluminis et *λόγου,* cognoscitur, cum in prooemio *τοῦ λόγου* alterius (II 145) adeo omnis *παλιλλογία* desit, ut statim ad argumentum novum transeatur.

Denique memoratu dignissimus est finis *τοῦ λόγου* prioris, in quo Josephus, ut eum exornet et perpoliat, terribilem mortem Apionis inimici narrat, II 143/4 *τοῦτο μὲν Ἀπίωνι τοῦ βίου τὸ τέλος ἐγένετο καὶ τοῦτο [παῤ] ἡμῶν ἐνταῦθα τὸ πέρας ἔστω τοῦ λόγου.* Nordenius hanc componendi artem efficacem et valentem imprimis a Tacito adhibitam redire ad Peripateticos opinans similes locos collegit[1]). Ex titulo libri Anaximenis[2]), qui *βασιλέων μεταλλαγαί* inscribitur, satis probabiliter concludi videtur hunc librum in usum rhetorum, qui opera sua artibus rhetoricis distinguere et exornare voluerunt, in epitomen coactum esse. Finis quoque libri VII Belli Iud. Josephum atrocem inimici mortem exornantem praebet, cum l. I in fine funus Herodis amplum narrans non tantopere offendat. Mirum quantum hic finis rhetoricus frequentat in Antiquitatibus, quarum enumero libros I, IV, VI, VII, VIII, XI, XII, XIII, XIV, XVI, XVII, XIX.

Iam venimus ad

τὸν ἐπίλογον (II 287—296),

qui incipit a verbis reicientibus ad *τὴν ἀκριβῆ παράδοσιν ἐν τοῖς περὶ ἀρχαιολογίας μοι γραφεῖσι* (II 287). Deinde ratione scripti (*οὔτε ψέγειν οὔτε ἐγκωμιάζειν* II 287) confirmata verba fiduciae plena *καὶ δή μοι δοκῶ πεπληρῶσθαι διὰ τῆς γραφῆς ἱκανῶς ἃ προὐπεσχόμην* (II 288) commode transducunt ad *τὴν παλιλλογίαν,* quae epilogi est summa: breviter sed eo efficacius singulae *διαβολαί* iterum *συγκρίσει* contenduntur,

---

1) Gercke-Norden, Einl. in die Alttw. I p. 583.

2) cf. Brzoska bei Pauly-Wiss. I 2 Sp. 2096/7 s. v. Anaxim.

admirabilibus asyndetis (II 288—290), tum laudatio legum (II 291/4), qua omne Josephi *πάθος* postremum exardescit, ac denique *ἐνθύμημα* et forma et argumento magnificum (II 295). Hanc abundantiam dictionis, quae extrema parte totius scripti animos legentium capere conatur, scholam rhetorum sapere ex verbis Anaximenis cognoscimus (Rhet. Gr., Sp.-H. I 2 p. 56, 7; c. 20): *Παλιλλογία δέ ἐστι μὲν σύντομος ἀνάμνησις, δεῖ δ' αὐτῇ χρῆσθαι καὶ περὶ τῶν μερῶν καὶ περὶ τῶν ὅλων λόγων τὰς τελευτάς.* Ab eodem rhetore huius praecepti causam comperimus (l. c. p. 58; c. 22): *τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον μῆκος ἕξουσιν οἱ λόγοι*[1]).

Transeamus ad

partitionem Vitae,

de qua disputantibus nobis dux non contemnendus exstitit Mischius.[2]) A quo cum genus litterarum scriptorum talium exquisite tractetur, facile supersedeo in his quaestionibus diutius versari, ut ire possimus statim in medias res. Hae quattuor partes Vitae ostenduntur:

I. Descriptio Vitae usque ad seditionem Judaeorum (Vi 1—12).
II. Res in Galilaea gestae (Vi 13—413).
III. Res apud Romanos gestae (Vi 414—429).
IV. Epilogus (Vi 430).

Miramur, quod pars secunda comparata ad reliquas tanta amplitudine est, quamquam tantum res usque ad Vespasiani adventum describuntur (Vi 411). De reliquis rebus gestis haec mira fiunt verba: *πάντα τε τὰ πεπραγμένα μοι κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον καὶ τὴν Ἱεροσολύμων πολιορκίαν μετ' ἀκριβείας ἐν ταῖς περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις ἀπήγγελκα. ἀναγκαῖον δ' ἐστίν, ὡς οἶμαι, καὶ ὅσα μὴ*

---

[1]) de usu *τῆς παλιλλογίας* in apologia Iudaica cf. P. Wendland, Die Therapeuten und die philon. Schrift vom beschaul. Leben. Jahrb. f. kl. Phil., Suppl. 22, 1896, p. 713.

[2]) G. Misch, Gesch. d. Autobiographie I (1907).

κατὰ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον ἀνέγραψα τῶν ἐν τῷ βίῳ μου πεπραγμένων νῦν προσαναγράψαι (Vi 412/3). Nonne Josephus vitam suam scripturus oblitus esse videtur, quid sibi proposuerit? Quo modo fieri potest, ut ad alia scripta, in quibus reliquae res gestae narrentur, reiiciatur? Contradictio est. Quicumque de hac vita egit, eam 'vitam' esse negavit, ut praecipue Niesius[1]), et Mischius dicit (l. c. p. 189) iniuria '*βίος*' inscribi hanc deformem autobiographiam, quae et ratione et argumento apologia sit belli pacisque consiliorum Josephi ad Romanos composita. Sed cum perraro Romani respiciantur, maximi est momenti refutatio patriae proditae. De hac Vitae ratione Lutherus[2]) egregie egit, qui historiam seditionis Judaeorum, res ab Josepho gestas, inimicitias Justi diligenter perscrutans interpretatur Josephum tamquam ad crimina sibi ab Justo facta redarguenda Vitam condidisse (l. c. p. 7). Ad petita adipiscenda Josephus simulationem scriptoris tamquam medii neque in sui favorem inclinati induens hanc refutationem per speciem Vitae composuit. Itaque inde ab hoc distinguimus 'Vitam propriam' (Vi 1—12, 414—430), quae circumcludit 'narrationem rerum in Galilaea gestarum' (Vi 13—413), cuius distinctionis argumentum[3]) gravissimum est

excursus

in Justum scriptus Vi 339—367: *πρὸς Ἰοῦστον ἀναγκαίαν τὴν παρέκβασιν* (Vi 367). Josephus Tiberiada Justi patriam expugnatam describens hac occasione utitur adiungendi: *Γεγονὼς δ' ἐνταῦθα τῆς διηγήσεως βούλομαι πρὸς Ἰοῦστον . .*

---

[1]) Hist. Zeitschr. N. F. 40 (1896) p. 227.

[2]) Heinrich Luther, Josephus und Justus von Tiberias, ein Beitrag zur Gesch. des jüd. Aufstandes, Diss. Halle 1910.

[3]) Taciti Agricola eandem formam bipartitam praebet, quod 'magna pars media', quae continet descriptionem bellorum Britannicorum (c. 10—40), in biographiam infert genus historicum (cf. Leo, Die griech.-röm. Biographie p. 231).

Vi 336. Similiter post brevem epilogum (Vi 367) descriptio excursu interrupta annectitur: *Διοικήσας δ' ἐγὼ τὰ κατὰ τὴν Τιβεριάδα* . . Vi 368. Ut epilogus ita prooemium causam excursus inserendi explanans non deest Vi 336 9. Excursus ipse artificiosam orationis re vera habitae formam fingens (*Πῶς οὖν, ἵνα φῶ πρὸς αὐτὸν ὡς παρόντα, Ἰοῦστε* . . Vi 340) complectitur duas partes praeclare seiunctas:

I. *ἡ διαβολή* seditionis concitatae refutatur Vi 3:6, cuius partis finem faciunt verba *ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐλέγχειν ἐπ' ἀκριβὲς ἐῶ.*

II. *ἡ διαβολή* historiae corruptae refutatur Vi 367.

Porro alter excursus, quo tantum communes sententiae exprimi videntur, in 'narratione' exstat: Vi 80—83. Epilogus hac sententia rhetorica[1]) terminatur: *Ταῦτα μὲν τὰ πεπραγμένα μοι διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐστίν, κρινέτωσαν δ' ἐξ αὐτῶν τὸ ἦθος ὅπως ἂν ἐθέλωσιν ἕτεροι* Vi 430. Itane vero in 'vita propria' laudatio sui deest? Quod autem attinet ad 'narrationem' me demonstraturum esse spero Josephum tanta cum cura illam sententiam sequi, ut iam excursus laudationem sui continentes pervalde ab ea distent. Triplicem laudem invenimus:

1. *γυναῖκα μὲν πᾶσαν ἀνύβριστον ἐφύλαξα* Vi 80. Quibuscum verbis compares Vi 259: *πάντες δ' ὤμνυον ἀνυβρίστους μὲν ἔχειν τὰς γυναῖκας, λελυπῆσθαι δὲ μηδέποτε μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ.* Ex multis vitiis unum quidem deligitur, una sententia comprehenduntur cetera sine dubio eo consilio, ut crimen quoddam Justi Tiberiensis depellatur: *δύσκολον τὰς ἐκ τοῦ*

---

[1]) Misch. l. c. p. 191; cf. epilogum quoque Belli Iud. VII 455 *καὶ πῶς μὲν ἡρμήνευται, τοῖς ἀναγνωσομένοις κρίνειν ἀπολελείφθω.* Hos epilogos, qui scripta generi epideictico tribuenda exornant, primordia a genere iudicali repetere verisimile est, quod docent multa exempla, quorum unum afferam, Isocr. Aegin. 51 (Bl.) *δέομαι οὖν ὑμῶν καὶ τούτων μεμνημένους καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰρημένων τὰ δίκαια ψηφίσασθαι, καὶ τοιούτους μοι γενέσθαι δικαστάς, οἵων περ ἂν αὐτοὶ τυχεῖν ἀξιώσαιτε.*

φθόνου διαβολὰς φεύγειν ἄλλως τε καὶ ἐξουσίας ὄντα μεγάλης Vi 80.

2. *πάντων δὲ τῶν διδομένων ὡς μὴ χρῄζων κατεφρόνησα, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ὀφειλομένας μοι ὡς ἱερεῖ δεκάτας ἀπελάμβανον* Vi 80/1. Contendenda sunt haec verba: *οἱ δὲ συμπρέσβεις εὐπορήσαντες πολλῶν χρημάτων ἐκ τῶν διδομένων αὐτοῖς δεκατῶν, ἃς ὄντες ἱερεῖς ὀφειλομένας ἀπελάμβανον* Vi 63. Non multo plus de legatis comperimus, sed paucis Josephus dicit Vi 77: *Τοὺς δὲ συμπρέσβεις ἀπὸ τῶν Γισχάλων ἀπολύσας εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα* . . Nemo est quin intellegat Josephum legatos res suas augentes inducentem se suae utilitatis immemorem ostendere velle; tamen quid in animo habuerit, nemo opinor perspiciet, nisi qui cum antea convicia Justi cognoverit *τὴν τῆς φιλαργυρίας διαβολήν* statim recordatur. Rationem apologiae dissimulari formamque Vitae servari Josephus voluit.

3. *καὶ δὶς μὲν κατὰ κράτος ἑλὼν Σεπφωρίτας, Τιβεριεῖς τετράκις, Γαβαρεῖς δ' ἅπαξ, καὶ τὸν Ἰωάννην πολλάκις ἐπιβουλεύσαντά μοι λαβὼν ὑποχείριον οὔτ' αὐτὸν οὔτε τινὰς τῶν προειρημένων ἐθνῶν ἐτιμωρησάμην, ὡς προϊὼν ὁ λόγος παραστήσει* Vi 82. Re vera nullum aliud meritum saepius commemoratur, atque iterum Justum Josepho crudelitatem in Judaeos crimini dedisse putare possumus.

Josephus sentiens se quaerentem, quam ob rem abditis ac reconditis armis pugnetur, celare non debere, in prooemio alterius excursus, qui non prius quam extrema libri parte exstat, haec verba facit: *ὅθεν, ἀπολογήσασθαι γὰρ νῦν ἀνάγκην ἔχω καταψευδομαρτυρούμενος, ἐρῶ τὰ μέχρι νῦν σεσιωπημένα. καὶ μὴ θαυμάσῃ τις, ὅτι μὴ πάλαι περὶ τούτων ἐδήλωσα· τῷ γὰρ ἱστορίαν ἀναγράφοντι τὸ μὲν ἀληθεύειν ἀναγκαῖον, ἔξεστιν δ' ὅμως μὴ πικρῶς τὰς τινῶν πονηρίας ἐλέγχειν, οὐ διὰ τὴν πρὸς ἐκείνους χάριν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτοῦ μετριότητα* Vi 338/9. Quam diu fieri potest, huius ratio 'Vitae' dissimulatur. Quod mirabile responsum! De veritate et urbanitate sententia grandiloqua paratur, sed magna cum

cura Josephus cavere conatur, ne animus legentis alienus reddatur.

Restat analysis 'vitae propriae' 'narrationem' circumdantis, cuius pars prior dividitur:

a. genus patris (Vi 1—2)
b. genus matris (Vi 2).
c. stemma gentile (Vi 4—6).
d. virtutes patris (Vi 7).

Vita incipit solito rhetorum modo a laude generis, quod caput apud biographos inscribitur *εὐγένεια*[1]). Matris autem genus narrans Josephus rem novam sequitur[2]) primum exsistentem apud Nicolaum Damascenum, quem scriptorem Josephi Antiquitates condentis auctorem fuisse nemo negat[3]). Stemma gentile vero exemplum singulare a veteribus ex descriptione vitae suae memoriae traditum est[4]). Post has novas res Josephus ad usitatam formam *τοῦ βίου* redit auctoritatem patris celebrans.

e. educatio (Vi 8—12).

Josephus se una cum fratre, de quo nihil aliud comperimus, educatum esse narrans pergit *εἰς μεγάλην παιδείας προύκοπτον ἐπίδοσιν μνήμῃ τε καὶ συνέσει δοκῶν διαφέρειν, ἔτι δ' ἀντίπαις ὢν περὶ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος διὰ τὸ φιλογράμματον ὑπὸ πάντων ἐπῃνούμην συνιόντων ἀεὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς πόλεως πρώτων ὑπὲρ τοῦ παρ' ἐμοῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι* Vi 8/9. Cui non in mentem venit illa venusta historia de Jesu puero in templo[5])? Quam cum verbis Josephi comparantes ornamentum rhetoricum eius intellegemus. Lucas 2, 46/7 *καὶ ἐγένετο μετὰ ἡμέρας*

---

[1]) Leo, l. c. p. 207. Lippelt, Quaestiones biogr., Dissert. Bonn 1889, p. 10 adnot. 3.

[2]) Misch., l. c. p. 185.

[3]) W. Schmid, Jahrb. f. kl. Phil., Suppl. 20, 1894, p. 368. Naber, Mnemos. N. S. XIII p. 379.

[4]) Misch., l. c. p. 189.

[5]) Gutschmidius quoque de hoc loco monuit (l. c. p. 337).

τρεῖς εὗρον αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων καὶ ἀκούοντα αὐτῶν καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς· ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ. Hic Jesum prudenter interrogantem et bene respondentem admirantes praeceptores. Apud Josephum contra? Huic interrogandum non est, nam omnes ad eum veniunt περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερόν τι γνῶναι. Quis venit? Luca simplici verbo διδάσκαλοι suavem imaginem pingente Josephus pompam magnificam inducit: συνιόντων ἀεὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς πόλεως πρώτων. Quibuscum verbis illam epilogi sententiam contendas: κρινέτωσαν δ' ἐξ αὐτῶν τὸ ἦθος ὅπως ἂν ἐθέλωσιν ἕτεροι!

Josephus tribus annis in studiis apud tres sectas Iudaicas frustra consumptis (Vi 11) studium discendi flagrans explere potest tres per annos apud Bannum solitarium versans (Vi 12). Post reditum Hierosolyma partes Pharisaeorum, qni cum Stoicis comparantur, sequitur. Hoc uno Vitae loco Graeci commemorantur, neque explicare possum, quam ob causam studium litterarum Graecarum silentio praetereatur, quamquam in Antiquitatibus eis gloriatur Josephus, XX 263 τῶν Ἑλληνικῶν δὲ γραμμάτων ἐσπούδασα μετασχεῖν τὴν γραμματικὴν ἐμπειρίαν ἀναλαβών . . .

In capite de educatione error quidam temporum exstat. Dicit enim Josephus περὶ δὲ ἑκκαίδεκα ἔτη γενόμενος ἐβουλήθην τῶν παρ' ἡμῖν αἱρέσεων ἐμπειρίαν λαβεῖν Vi 10. Aliquantum spatium temporis haec studia permanserunt: σκληραγωγήσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ πολλὰ πονηθεὶς τὰς τρεῖς διῆλθον Vi 11. Tum haec verba fiunt de Banno καὶ διατρίψας παρ' αὐτῷ ἐνιαυτοὺς τρεῖς Vi 12. Quos tres annos undevicesimo anno aetatis detrahentes (ἐννεακαιδέκατον δ' ἔτος ἔχων ἠρξάμην τε πολιτεύεσθαι Vi 12) sextum decimum accipimus, ut nullum spatium studio apud sectas vacet.

Si quodam modo certa capita apud biographos εὐγένεια et παιδεία nominata in priore parte 'vitae propriae' discerni possunt, in altera (Vi 414—430) hae omnes similitudines prorsus desunt, quia in ea omnia referuntur ad

ordinem temporum. Breviter enumerantur honores ab imperatoribus accepti, matrimonia duo, insidiae ab inimicis paratae, ut optime ex eo iterum intellegi possit 'Vita' simulata.

Orationes.

Quantopere Josephus his ornamentis rhetoricis maiora exempla imitetur Wolffius demonstrat (l. c. p. 5 ss.). Evidenter libri c. Ap. et de vita scripti velut *λόγοι ἀπολογητικοί* ostendunt praescriptam esse suam cuique operi et *εἴδει* formam, quod neque copiosis descriptionibus neque orationibus verbosis spatium dant ut libri Belli Iud. ab Josepho historico compositi, praecipue non libri c. Ap., ex quibus nullam orationem, nullam descriptionem afferre possis. Aliter Vita genus historicum simulans. Sed in ea quoque excepto excursu contra Justum orationem rectam fingente tantum vestigia invenias, cum cetera sint mandata brevia, alia. De forma horum ornamentorum paucis disputandum est.

Vi 55 *προσέτασσεν .. εἰπεῖν, ὅτι Οὔαρος ἀκούσας ὑμᾶς .. μέλλειν ὁρμᾶν .. πέπομφεν .. καταθέσθαι·* tum oratio recta mutatur subito oratione obliqua Vi 56 *ἐκέλευε δὲ καὶ πέμπειν . . .* Vice versa praemittitur oratio obliqua Vi 254 *ὑπεμίμνησκον, ὃν τρόπον γράψειαν . .*, et subito exoritur oratio recta 256 *καὶ μήν, ἔφην . . ὑμεῖς . . εἴχετε,* quem ordinem et mutationem iterum legimus Vi 267/8.

Maximam vim ad orationes hoc modo ornandas habet studium variandi. Nam Josepho in Galilaea bellum non minus dictis quam factis gerendum erat, quae narrans semper eadem forma usus animos legentium fatigaret. Vivida variatio ostentatur hoc exemplo Vi 295/8.

or. obl.	a	*κἀγὼ πάντα ἔχειν εἶπον . .*
or. recta		*'ἀνάκριναι δ' αὐτός, ἔφην, οὐ ψεύδομαι.'*
obl.	a′	*τῶν δὲ παρ' αὐτοῖς εἶναι λεγόντων*
r.		*'οἱ δ' εἴκοσιν, εἶπεν, . . οὓς ἔλαβες . .'*

obl.	b	*καὶ τούτους ἔφην δεδωκέναι . .*
obl.	b′	*πρὸς ταῦτα οἱ μὲν . . . ἔφασαν πεποιηκέναι . .*
r.	c	*συνεὶς ʿἀλλʾ εἴ γε μὴ ὀρθῶς, εἶπον, ἔπραξα . .ʾ Ταῦτʾ εἰπόντος . :*

Primum et secundum membrum (a et a′) initium ducit ab oratione obliqua, proximum utrumque (b et b′) orationem obliquam solam, ultimum (c) formam structuramque praebet, de qua pauca mihi commemoranda sunt, cum tam crebro, ut paene taedio sit, inveniatur. Verbo enim dicendi *εἶπον*, *ἔφη*, aliis praemittitur enuntiatum pendens ex participio, et plerumque post orationem rectam ponitur formula verbum dicendi excipiens et ad enuntiatum proximum transducens, quae res ultimo exempli proxime tractati membro (c) perspicua fit:

συνεὶς . . . ʿ— εἶπον —ʾ. Ταῦτʼ εἰπόντος . .

Reliqua exempla haec sunt:

Vi 135	*προελθὼν εἰς μέσον*	ʿ— *ἔφη* —ʾ.	*Ταῦτʼ εἰπὼν . .*
Vi 386/7	*σύννους . .*	ʿ— *εἶπον* —ʾ.	*Ταῦτʼ εἰπὼν . .*
Vi 172	*φωνήσας*	ʿ— *εἶπον* —ʾ.	
Vi 224	*συνεὶς . .*	ʿ— *ἔφην* —ʾ.	
Vi 2/8	*ὑποστειλάμενος . .*	ʿ— *εἶπεν* —ʾ	*ὑπεδείκνυε δὲ . .*
Vi 302	*καὶ οἱ κατασχόντες . .*	ʿ— *ἔφη* —ʾ	*ταῦτα λέγοντος . .*
Vi 141/2	*σιγῆς . . γενομένης*	ʿ— *εἶπον* —ʾ	*πρὸς ταῦτα . .*

Ut orationibus ita

descriptionibus

scripta, in quibus perscrutandis et perlustrandis occupati sumus, exornari et perpoliri eorum genus litterarum vetuit et in Vita sola, quam componentem Josephum res gestas se narrare simulare monuimus (p. 7) nonnulla exempla reperiuntur. Wolffius (l. c. p. 34) artem certam rhetorum ostendit fuisse in pugnis rebusque militaribus describendis syncrisi quadam virtutes vitiaque Romanorum et inimicorum opponere non modo ut nationes ipsae de-

pingantur, sed etiam ut quibus causis et affectibus militum animi ad pugnandum incitentur exponatur.[1]) Cuius artis exemplis Wolffii ex Vita haec addo.

Vi 116 *Αἰβούτιος εἰς τὸ πεδίον ὑπάγειν ἡμᾶς ἐπειρᾶτο· σφόδρα γὰρ τοῖς ἱππεῦσιν ἐπεποίθει. οὐ μὴν ὑπηκούσαμεν· ἐγὼ γὰρ τὸ πλεονέκτημα συνιδὼν τὸ γενησόμενον τοῖς ἱππεῦσιν, εἰ καταβαίημεν εἰς τὸ πεδίον, πεζοὶ γὰρ ἡμεῖς σύμπαντες ἦμεν.*

Vi 17 *μετανοεῖν ἔπειθον ποιησαμένους πρὸ ὀφθαλμῶν πρὸς οὓς πολεμήσουσιν, ὅτι Ῥωμαίων οὐ κατ' ἐμπειρίαν μόνον πολεμικήν, ἀλλὰ καὶ κατ' εὐτυχίαν ἐλαττοῦνται·*

Vi 60 *καὶ τὴν Ῥωμαίων διηγούμενος ὅση τίς ἐστι δύναμις συμφέρειν οὐκ ἔλεγεν ἄρασθαι πρὸς τούτους πόλεμον.*

Vi 175 *ἔλεγον, ὅτι τὴν Ῥωμαίων δύναμιν οὐδ' αὐτὸς ἀγνοῶ πασῶν διαφέρουσαν* (cf. Wolffium p. 24 ss.).

Loci allati

in libris c. Ap. cum orationibus in Vita exstantibus comparari possunt. Cum scriptor, qui ex alio repetit verba, aut verba ipsius auctoris reddere aut sententiarum tenorem suis ipsius verbis exprimere possit, nobis datae sunt tres citandi rationes. Nam ad dictionem exornandam et perpoliendam duae illae rationes facile miscentur, quam artem bene adhibitam apud Josephum saepius cognoscemus. Interdum tamen accidit, ut neque librum neque auctorem nominet, sed verbis tantum velut *φασίν, λέγουσιν* sententias aliorum introducat, sic illo loco, qui est origo et fons quaestionis Homericae, I 12 *καί φασιν οὐδὲ τοῦτον* (sc. *Ὅμηρον*) *ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν*, quem ad locum F. A. Wolfius adnotat illud *φασίν* de rebus vel certissimis usurpari in fama minime obscura, non de iis, quae a nonnullis sive paucis traduntur.[2]) Alius locus est

[1]) rhetores hanc amplificationis rationem praecipientes enumerat Lippeltus l. c. (p. 14) p. 10 adn. 6.

[2]) Proleg. ad Hom. p. LXXVII adnot. 38. cf. R. Volkmann, Gesch. u. Kritik der Wolfschen Proleg. zu Homer. (1874) p. 3 ss.

I 7 τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἅπαντα νέα καὶ χθὲς καὶ πρῴην, ὡς ἂν εἴποι τις κτλ. Redeunt haec ad Platonis Timaeum, cuius vestigia vel in ipsis verbis manifesta sunt.[1]) Iam multi viri docti de hoc citandi modo egerunt, prae ceteris Dilesius[2]) in commentatione illa de Herodoto et Hecataeo, qua (p. 430 ss.) demonstratur Aristotelem, quamquam fere ad verba locum Herodoti excerpit, non modo eum non nominare, sed ne vituperatione quidem abstinere. Quam usitatus hic modus citandi fuerit, satis ex eo intellegi potest, quod et Aristoteles et Porphyrius[3]) testes eius sunt. Vahlenus[4]) ut causam explicet, exponit Varronem non ut alios grammaticos putida quadam diligentia in libris numerisque librorum citandis morari, sed ut hominem doctum, qui doctis hominibus scribat, ex immensa copia eruditionis semper affluentis petere quibus suas sententias illustret et confirmet. Itaque quin Josephus permulta ex operibus omnibus notis delibaverit, vix est cur dubitemus. Exemplo sit liber Anaximenis, qui inscribitur *Τρικάρανος*[5]). Arma, quae hic libellus procuderat, certe non contempsit Josephus, qui sibi proposuerat demonstrare, quanto Graeci inferiores essent Judaeis.

Iam igitur oculis perlustremus locos allatos secundum tres rationes, de quibus supra (p. 14) locutus sum.

---

v. Wilamowitz, Homer. Unters., Philolog. Unters. (Kiessling-Wil.) Heft VII. (1884) p. 235 ss.

1) I. G. Müller, Des Fl. Jos. Schrift g. Ap., Basel 1877, p. 87, cum Gutschmidius Josephum verborum Herodoti (II 53) reminisci dicat (l. c. p. 388).

2) Herm. XXII.

3) I. Bernays, Theophrastos' Schrift über Frömmigkeit p. 3.

4) I. Vahlen, Ennianae poesis reliquiae p. XXXII.

5) Josephus eum fortasse confundens libro eiusdem nominis a Dicaearcho composito nominat falso *Τριπολιτικός* (I 221). cf. Brzoska bei Pauly-Wiss., s. v. Anax. I 2 Sp. 2096/7.

I. Loci allati in quibus verba auctoris ipsius redduntur.

Distinguimus a) verba de auctoritate et fide auctoris facta; sed ea cum pertineant ad caput, quod ἦθος inscribitur, hoc loco non adscribo.

b) verba, quibus liber, ex quo locus exhauritur, nominatur.

c) verba, quibus ad argumentum novum transducitur. Quam formam praebet optimam et maxime perfectam locus ex Dio[1]) allatus I 112/5 (FHG IV 398 fr. 2):

a) *παραθήσομαι μάρτυρα Δῖον ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον.*

b) *οὗτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινίκων ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον· '—'*

c) *Δῖος μὲν οὕτω περὶ τῶν προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.*

Similes sunt loci allati ex Clearcho Aristotelis discipulo I 176/82 (FHG II 323 fr. 69), ex Menandro Ephesio I 116—20 (FHG IV 445 fr. 1), ex Beroso I 145—153 (FHG II 507 fr. 14), ex Apione II 8 12 (FHG III 508 fr. 1), ex Manethone I 93—102 (FHG II 572 fr 50), ex Herodoto I 168—171 (Her. II 104).

II. Loci allati, quorum argumentum verbis non auctoris sed Josephi exprimitur.

I 166/7 *δηλοῖ δὲ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ νόμων· λέγει γάρ, ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικοὺς ὅρκους ὀμνύειν, ἐν οἷς μετά τινων ἄλλων καὶ τὸν καλούμενον ὅρκον κορβὰν καταριθμεῖ.* Hic locus gravissimus in corpora Theophrasti reliquiarum a Schneidero (V p. 201 ss.) et a Wimmero (III p. 192 ss.) edita receptus non est.[2])

[1]) quem scriptorem nusquam nisi hoc loco nominari verisimile est, cf. Gutschmidium l. c. p. 466.

[2]) Gutschmidium l. c. p. 561.

Huic parti[1]) porro tribuendi sunt loci allati ex Chaeremone I 288—293 (FHG III 495 fr. 1), ex Lysimacho I 304—320 (FHG III 334 fr. 1), ex Manethone I 91 (FHG II 568 fr. 42), ex Philostrato et Megasthene I 144 (FHG II 417 fr. 22, ubi Philostrati Indica nusquam nisi hoc loco posteritati nota fieri adnotatur).

III. Loci allati, in quibus primo verba auctoris redduntur, tum argumentum verbis non auctoris sed Josephi exprimitur aut invicem.

I 163/5 a) . . *Ἕρμιππος* . . (FHG III 41 fr. 21).

b) *λέγει τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Πυθαγόρου βιβλίων, ὅτι Πυθαγόρας τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο . . πάσης ἀπέχειν βλασφημίας.* Josephus qui adhuc argumentum suis verbis expressit, pergit subito ad rem melius confirmandam et fulciendam verba ipsius Hermippi apponens:

b') *εἶτα προστίθησι μετὰ ταῦτα καὶ τάδε· 'ταῦτα δὲ ἔπραττεν καὶ ἔλεγε τὰς Ἰουδαίων καὶ Θρακῶν δόξας μιμούμενος . .'*

Eandem formam invenimus in proximis exemplis:

I 172/5 Choerilus (apud A. F. Naekium, Choerili Samii quae supersunt, Lipsiae 1817 p. 130 ss.).

I 227/50 Manetho (FHG II 578 fr. 52).

I 73/90 Manetho (FHG II 566 fr. 42).

I 205/12 Agatharchides (FHG III 196 fr. 19).

I 129/42 Berosus (FHG II 506 fr. 14).

Restat locus ex Hecataeo Abderita allatus I 183—204 (FHG II 393 fr. 14), qui quod argumentatione Josephi saepe interrumpitur singulari forma est.

---

[1]) Sine ulla certa forma sunt nonnulli parvi loci ex Apione allati (FHG III 509: c. Ap. II 21 = fr. 4; c. Ap. II 33 = fr. 15; c. Ap. II 50 = fr. 16) aliique.

I 184 *ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ* (fr. 21 C. Muelleri in appendice Herodoti Didotei p. 178).

II 43 *ὥς καί φησιν Ἑκαταῖος* (FHG II 395 fr. 15).

II 142 *καθάπερ εἴρηκεν Ἡρόδοτος* (Her. II 104).

a) Ἑκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης . .
b) περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων συγγέγραφε βιβλίον, ἐξ οὗ . .
I 184 μνημονεύει γὰρ . . (oblique) I 185 . . φησίν ʻ—ʼ (directo).
I 186 λέγει τοίνυν ὁ Ἑκαταῖος πάλιν τάδε, ὅτι — φησίν, — φησίνʼ (dir.)
I 189 πάλιν· μνημονεύων ʻ— φησίν —ʼ (dir.)
I 190 εἶτα Ἑκαταῖος δηλοῖ πάλιν, πῶς ·, ὅτι . . (obl.)
I 191 ʻ— φησί, —ʼ (dir.) I 192 φησὶ γάρ, . . (obl.)
I 193 ʻ— φησί, —ʼ (dir.) καὶ προστίθησιν, ὅτι —ʼ (dir.)
I 194 λέγει δὲ καὶ . . (obl.) ʻ— φησίν, —ʼ (dir.)
I 195 ὁ δʼ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ . . ἱστόρηκεν· ʻ — φησίν, —ʼ (dir.)
I 196 ἀλλὰ μὴν ὅτι . . (obl.) οὗτος ὁ αὐτὸς διηγεῖται· ʻ—ʼ (dir.)
I 200 ἔτι γε μὴν ὅτι . . μεμαρτύρηκεν . . φησιν . . (obl.) ταῦτα παραθήσομαι. λέγει δὲ οὕτως· ʻ—ʼ (dir.)
d) ἀλλὰ τῶν μὲν Ἑκαταίου μαρτυριῶν ἅλις· (I 204).

Ultimae parti capitis, quod est de argumento, tribuendae sunt eae formulae, quae eo, quod verba dictionesque in principio sive orationum sive epistolarum sive narrationum minorum positas excipiunt et repetunt in fine eorum, multum conferunt ad sermonis abundantiam. Quae formulae, quamquam originem traxerunt ex studio disponendi et singulas partes coniungendi, tamen aliquando, ut Niesius (praef. p. II) et Wolffius (l. c. p. 27 ss.) ostendunt, inopiam quandam verborum proferunt.

Vi 208 ὄνειρον ἐθεασάμην ∾ Vi 210 τοῦτον δὲ τὸν ὄνειρον θεασάμενος.

Vi 74 καὶ δευτέραν Ἰωάννης ἐπεισέφερεν πανουργίαν ∾ Vi 76 ὁ Ἰωάννης ἐκ τῆς κακουργίας ταύτης εὐπόρησε.

Vi 163 ἐβουλευόμην οὖν στρατηγήματι χρῆσθαί τινι ∾ Vi 169 Τῷ στρατηγήματι δὲ τούτῳ . .

Imprimis in epistolis: Vi 225 ἀντιγράφω τὸν τρόπον τοῦτον ∾ Vi 228 ταῦτα γράψας . . Vi 217 ∾ Vi 219 Vi 229 ∾ Vi 230 Vi 235 ∾ Vi 236.

De formulis orationes circumdantibus cf. p. 13.

Quamquam non forma, tamen argumentum verborum idem est Vi 237 *καὶ Ἰωάννῃ μὲν ἐδόκει* ∾ Vi 238 *ταῦτα συμβουλεύσαντος Ἰωάννου.*

Eodem consilio ductus Josephus utitur formulis quibusdam, ut singulas partes a continuo argumenti tenore seiunctas velut orationes, descriptiones alia introducat et circumcludat. Primum locum obtinent prooemia et epilogi, in quibus numeralia pronomina alia animum legentis ad novam rem eamque graviorem advertunt.

I 6 *Πρῶτον οὖν ἐπέρχεταί μοι πάνυ θαυμάζειν* ∾ I 73 ∾ I 227.

I 19 *προτέραν* (sc. *αἰτίαν*) *ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναί μοι δοκοῦσαν,* quae formula excipitur I 24 *δευτέραν δὲ πρὸς ταύτῃ θετέον ἐκείνην αἰτίαν.*

Transitus verbo *πάλιν* tam crebri hoc unum exemplum afferam. Vitae enim capita 30 et 31 incipiunt a verbis *πάλιν δὲ* . .

Vi 24 *προσγενομένης καὶ ἑτέρας τινὸς τοιαύτης αἰτίας,* similiter Vi 31, Vi 46, Vi 125, Vi 179, Vi 272, Vi 381.

Vi 84 *Τοσαύτη δ' ἦν ἡ εὔνοια.*

Vi 27 *ὅμοια δ' ἔπαθον καὶ* . . Vi 428 *διέμεινεν δὲ ὅμοια καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων·* ∾ Vi 173, ∾ Vi 121 ∾ Vi 23.

I 279 *Λοιπόν μοι . . εἰπεῖν* ∾ II 163 ∾ I 106.

Genere librorum c. Ap. et de vita scriptorum, quippe qui non ab historico res gestas narrante compositi sint, efficitur, ut formulae 'sententiarum modo quasi *τὸ ἦθος* exprimentes' ex Bello Iud. tot a Wolffio collectae (l. c. p. 31/2) omnino fere desint.

Vi 24 *καὶ γίνεται τὸ Κεστίου πταῖσμα συμφορὰ τοῦ σύμπαντος ἡμῶν ἔθνους·*

Vi 78 *εἰρηνεύεσθαι γὰρ πρὸ πάντων τὴν Γαλιλαίαν ἐφρόντιζον.*

I 287 *ἱκανῶς οὖν γεγονέναι νομίζω καὶ δῆλον.*

I 293 *οἶμαι δ' αὐτόθεν φανερὰν εἶναι.*

Porro huc spectant formulae salutem significantes.

Vi 304 ἀπροσδοκήτως τὸν κίνδυνον διαφυγών.

Vi 96 παρὰ δόξαν τοὺς ἐχθροὺς διαφυγών ∾ Vi 380 ∾ Vi 394 ∾ Vi 144 ∾ Vi 148 ∾ 389.

Restant ἀντίθετα quaedam:

Vi 43 Τιβεριὰς μὲν ἐν τοιούτοις ἦν. τὰ περὶ Γίσχαλα δὲ εἶχε τὸν τρόπον τοῦτον ∾ II 269.

Vi 27 ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβέστερον ἐν ταῖς περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις δεδηλώκαμεν· νῦν δὲ . . ∾ I 92.

ἦθος.

Suessius in libro qui ‘Ethos’ inscribitur triplicem verbi ἦθος significationem agnoscere sibi visus est, quae diversis animorum conciliandorum rationibus statuuntur et certis finibus circumscribuntur (l. c. p. 2).

1. Usus obiectivus-psychologicus τοῦ ἤθους: ex moribus personarum oratio analysi quadam psychologica commodum capit.

2. Usus moralis personae rhetoris ipsius favens.

3. Metonymia quaedam orationi quasi rei animanti ἦθος quoddam attribuit, ut vim certam in eos qui audiunt accipiat: usus subiectivus-dynamicus.

Tertia pars tota ad elocutionem pertinet, ut Suessius ipse (l. c. p. 98) certamen Gorgiae eorumque qui eius partes sequuntur dicit certamen τοῦ ἤθους dynamici in τὸ ἦθος obiectivum.

Quam distinctionem Suessii respicientes libros c. Ap. et de vita scriptos perscrutemur, ut dictiones et enuntiata variam vim τοῦ ἤθους exprimentia in ordinem constitutum redigamus. Iam venimus ad primam partem significatam

usum obiectivum-psychologicum.

Illuc vero primum pertinent verba de auctoritate et fide scriptorum in usum vocatorum facta, quae in omnibus fere locis allatis invenimus (cf. p. 16 ss.); quae quin consilio ac mente inserta sint, nequit dubitari, quia iis auctores

non praedicantur et celebrantur, nisi quibus citatis argumentationem proficere Josephus sibi persuasit. Itaque cum adversarii sint Agatharchides Cnidius (I 205, FHG III 196 fr. 19) et Hieronymus Cardianus (I 213 FHG II 455 fr. 13) et Chaeremon Alexandrinus (I 288 FHG III 495 fr. 1) et Lysimachus Alexandrinus (I 304 FHG III 334 fr. 1) laudatione tali non digni ducuntur. Auctores potissimum barbarorum, quorum fides et auctoritas minus pervulgata erant, laudibus tollendi erant.

I 73 *Μανέθως δ' ἦν τὸ γένος Αἰγύπτιος ἀνὴρ τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστιν· γέγραφεν γὰρ Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν ἐκ δέλτων ἱερῶν, ὥς φησιν αὐτός, μεταφράσας καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον* (FHG II 566 fr. 4).

I 129 *Βηρῶσος ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφομένοις, ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς* (FHG II 506 fr. 14).

Notabilem similitudinem utriusque loci cognoscimus:

1. *γένος*.
2. *παιδεία* (*Ἑλληνική*).
3. testimonia *τῆς παιδείας*: scripta.

De auctoribus Graecis multo brevius scribitur.

I 176 *Κλέαρχος γὰρ ὁ Ἀριστοτέλους ὢν μαθητὴς καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων οὐδενὸς δεύτερος* (FHG II 323 fr. 69).

I 183 *Ἑκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος ἅμα καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος* (FHG II 393 fr. 14).

I 162/3 *Πυθαγόρας τοίνυν ὁ Σάμιος ἀρχαῖος ὤν, σοφίᾳ δὲ καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ πάντων ὑπειλημμένος διενεγκεῖν τῶν φιλοσοφησάντων . . . αὐτοῦ μὲν οὖν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα, πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής* (FHG III 41 fr. 21).

Ut Hermippi ita Dii et Menandri fides historica laudatur.

I 112 *Δῖον ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον* (FHG IV 398 fr. 2).

I 116 *Μένανδρον τὸν Ἐφέσιον. γέγραφεν δὲ οὗτος τὰς ἐφ' ἑκάστου τῶν βασιλέων πράξεις τὰς παρὰ τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις γενομένας ἐκ τῶν παρ' ἑκάστοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν* (FHG IV 445 fr. 1).

Restant verba de amicis et inimicis facta in Vita (cf. Wolffium l. c. p. 43/4). Josephus quamquam inimicorum non nimis cum amore mentionem facit, tamen non tam profuse in eos quam in Apionem invehitur.

Vi 34 *Πιστὸς παραγόμενος ὑπὸ Ἰούστου τοῦ παιδός· καὶ γὰρ ἦν φύσει πως ἐπιμανής.*

Vi 40 de eodem viro: *ἦν γὰρ ἱκανὸς δημαγωγεῖν καὶ τῶν ἀντιλεγόντων τὰ βελτίω περιεῖναι γοητείᾳ καὶ ἀπάτῃ τῇ διὰ λόγων· καὶ γὰρ οὐδ' ἄπειρος ἦν παιδείας τῆς παρ' Ἕλλησιν, ᾗ θαρρῶν ἐπεχείρησεν καὶ τὴν ἱστορίαν τῶν πραγμάτων τούτων ἀναγράφειν.*

Vi 134 *Ἰησοῦς.. πονηρὸς ἄνθρωπος καὶ ταράξαι μεγάλα πράγματα φύσιν ἔχων στασιοποιός τε καὶ νεωτεριστὴς ὡς οὐχ ἕτερος.*

Vi 290 *Ἀνανίας τοὔνομα, πονηρὸς ἀνὴρ καὶ κακοῦργος.*

Etiam inimicus honore afficitur Vi 191/2 *ὁ δὲ Σίμων οὗτος ἦν πόλεως μὲν Ἱεροσολύμων, γένους δὲ σφόδρα λαμπροῦ, τῆς δὲ Φαρισαίων αἱρέσεως, οἳ περὶ τὰ πάτρια νόμιμα δοκοῦσιν τῶν ἄλλων ἀκριβείᾳ διαφέρειν. ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ πλήρης συνέσεως καὶ λογισμοῦ δυνάμενός τε πράγματα κακῶς κείμενα φρονήσει τῇ ἑαυτοῦ διορθώσασθαι, φίλος τε παλαιὸς τῷ Ἰωάννῃ καὶ συνήθης, πρὸς ἐμὲ δὲ τότε διαφόρως εἶχεν.*

Porro in usu obiectivo-psychologico *τοῦ ἤθους* ducenda est

ἡ διαβολή,

quae suspicionem legentis iam a primo irritat. Maxima est diversitas. Brevia enuntiata progrediuntur ad profusas contumelias summi *πάθους* plenas. Nonnullae quaestiones rhetoricae, quibus non tam detrectare quam singulas partes

commode coniungere scriptor videtur, maxime innoxiam formam τῆς διαβολῆς praebent.

I 15 *Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν ἄλογον;* ∾ I 271 ∾ *ἄτοπον* II 244.

Adeo non contegitur *ἡ διαβολή* in formulis, in quibus superlativo indignantis animus tentatur.

I 259 *τὸ δὲ δὴ πάντων εὐηθέστατον ἴδωμεν* ∾ II 24 *ἀλογώτατον* ∾ II 244 *ἀσελγέστατον* ∾ Vi 26 *ἀσεβέστατα καὶ παρανομώτατα.*

Latissime diffunduntur verba, quibus in primo fides adversario abrogatur. Sed raro in simplicibus verbis Josephus acquiescit velut *ψεῦσμα* I 304 ∾ II 12 ∾ II 115 aut *ψευδολογία* I 293 aut *ψεύδεται* II 28 ∾ II 29 ∾ II 122 ∾ II 289 ∾ II 295 ∾ II 14, plerumque adiectivis aut adverbiis gradatio fit I 3 *τὴν ἑκούσιον ψευδολογίαν* ∾ I 105 *τὴν ἀπίθανον ψευδολογίαν* ∾ I 252 *ληρεῖ καὶ ψεύδεται περιφανῶς* I 320 *τὸν ψευδόμενον οὕτως ἀναισχύντως* ∾ II 32,

aut dictione periphrastica II 287 *ἀναιδῶς τὴν ἀλήθειαν πεφιλονεικηκότας* I 223 *παρατρέπειν ἐπεχείρησαν τὴν ἀλήθειαν οὔτε . . ὁμολογοῦντες οὔτε . . ἀληθεύοντες* ∾ I 304 ∾ I 287 ∾ I 286 I 214 *τῷ δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν πάντως τι πάθος οὐκ εὔγνωμον ἐπεσκότησεν.* I 57 *τὰς ἱστορίας συγγράφειν τὴν εὐχέρειαν* ∾ I 301.

Etiam ad convicia Josephus rapitur.

I 222 *μοχθηρίαν* II 285 *πονηρίαν* I 59 *τοὺς βεβλασφημηκότας ἀποδείξω λίαν ἐν τοῖς λόγοις βλασφημοῦντας* ∾ I 2 ∾ I 5 ∾ I 279 ∾ I 223 ∾ II 32 ∾ II 143. I 219 *τὰς διαβολὰς καὶ τὰς λοιδορίας ἀποδείξω ψευδεῖς* ∾ I 53. I 225 *κοῦφοι δὲ καὶ ἀνόητοι παντάπασιν ὄντες ἄνθρωποι κακῶς ἐξ ἀρχῆς εἰθισμένοι δοξάζειν περὶ θεῶν* II 236 *ἀδόκιμοι σοφισταί, μειρακίων ἀπατεῶνες.*

Longum est verba velut *ὀνειδίζω, λοιδορέω, βασκαίνω* similia enumerare.

Alia specie *τῆς διαβολῆς* non certa res, sed causa eius, natura animi vituperatur.

I 226 *εἰς τοσοῦτον γὰρ ἦλθον ἀνοίας καὶ μικροψυχίας* ∾ I 318 ∾ II 4 ∾ Vi 352. I 213 *ὑπὸ φθόνου τινὸς ἢ δι' ἄλλας*

αἰτίας οὐχ ὑγιεῖς ∾ I 222. I 224 μισεῖν καὶ φθονεῖν ∾ I 225. II 145 τὰ μὲν ὑπ᾿ ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν ∾ I 3 ∾ I 220. I 15 τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας ∾ II 255.

Josephus Apionem aggrediens minime irae moderatur: II 136 ὀχλαγωγὸς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος ∾ II 29. II 3 τὰ δὲ λίαν ψυχρῶς προστέθεικεν, τὰ πλεῖστα δὲ βωμολοχίαν ἔχει καὶ πολλήν, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπαιδευσίαν ὡς ἂν ὑπ᾿ ἀνθρώπου συγκείμενα καὶ φαύλου τὸν τρόπον καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγοῦ γεγονότος ∾ II 37/8 ∾ II 26 ∾ II 22. II 31 κακοδοξία. II 115 μωρολογία. II 142 τυφλὸς ἦν τὸν νοῦν Ἀπίων . . λοιδορεῖν συνθέμενος.

Apion solus vituperatur verbis συκοφαντεῖν II 42 φλυαρίας II 22 φλυαρήματα II 116.

Quibus omnibus locis τὸ εἶδος utriusque scripti diversum patet, quod in Vita, in qua genus historicum quam maxime simulatur, solus excursus contra Justum concertationum plenus est. Vi 338 μὲν κατέψευσται, ἠλήθευσε δὲ οὐδὲ Vi 336 τὸ ψεῦδος Vi 336 περὶ τὴν ἀλήθειαν ὀλιγώρους Vi 357 ἀναίδεια Vi 353 πονηρία ∾ Vi 339 Vi 356 κακουργήματα et ῥᾳδιουργόν.

II. Usus moralis τοῦ ἤθους personae rhetoris ipsius favens.

Tota Vita ad hanc partem pertinet. Nam qui vitam suam tanti aestimat, ut memoriae tradendam ducat, quam maxime de rebus laudandis aget. Quam αὔξησιν iam a veteribus maxima cum diversitate iudicari Mischius (l. c. p. 95 43) demonstrat. Aristoteles (Eth. Nic. IV 8: 1125a5) non modo non laudem sui, sed neque laudem neque vituperationem hominum aliorum probat, atque etiam Cicero (ad fam. V 12,8) aliquem non a se ipso sed ab aliis hominibus laudari melius esse dicit; tamen quis est, qui nesciat totiens Ciceronem verbosissimum sui laudatorem fuisse? Plutarchus autem (περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπι-

φιλόνους[1]) laudes sui inde ab Homeri temporibus colligens τὴν αὔξησιν morem et vetustissimum et plane Graecum nominat. Josephum, quem laudationem sui in 'vita propria' non temperare supra vidimus (cf. p. 10), re vera in 'narratione' ad illud enuntiatum epilogi: *Ταῦτα μὲν τὰ πεπραγμένα μοι διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐστίν, κρινέτωσαν δ' ἐξ αὐτῶν τὸ ἦθος ὅπως ἂν ἐθέλωσιν ἕτεροι* (Vi 430) se accomodare nunc demonstrare meum est.

Reminiscamur parvi illius excursus Vi 80—83 (cf. p. 7ss.), quem refutationem certorum Justi criminum habemus. In eo potissimum clementia praedicatur, tamen non tantopere, ut Josephum hac in re modum transire dicere possimus. Vi 102.3: Postquam Joannes insidias parans spe deceptus est, Galilaei excitati, ut ipse et arx Gischala deleantur, postulant ab Josepho, qui fidem eorum laudans tam pauca verba facit: *παρεκάλουν δ' ὅμως ἐπισχεῖν αὐτοὺς ἀξιῶν*. Non pluribus clementiam praedicat Josephus Vi 110 1 Vi 329 Vi 330 Vi 389 Vi 178 Vi 113 ∼ Vi 150 Vi 264 ∼ Vi 103 ∼ Vi 244 ∼ Vi 369. Non saepius quam semel clementia aperte gloriatur idque in excursu contra Justum Vi 353: *ἢ οὐ μέμνησθε, ὅτι τοσαυτάκις ὑμῶν ἐγκρατὴς γενόμενος οὐδένα διέφθειρα;*

Quandam cognationem cum clementia habet amor civium, quo affectus Josephus vitae captivorum parcit et bellum civile prohibere conatur, *πᾶσαν γὰρ ᾔδειν στάσιν ὄλεθρον οὖσαν τοῦ κοινῇ συμφέροντος* Vi 264 ∼ *δεινὸν ἡγούμενος* Vi 100 ∼ 265 ∼ Vi 78 *ἐγὼ δ' ἀποκτεῖναι μὲν οὐχ ὅσιον ἡγούμενος ὁμόφυλον ἄνδρα* Vi 171 ∼ Vi 321 ∼ Vi 377 ∼ Vi 26 ∼ Vi 128. Quibuscum verbis modicis similes locos ex 'vita propria' compares, Vi 418 *ἐγὼ δὲ τῆς πατρίδος πεσούσης μηδὲν ἔχων τιμιώτερον, ὃ τῶν ἐμαυτοῦ συμφορῶν εἰς παραμυθίαν λαβὼν φυλάξαιμι, σωμάτων ἐλευθέρων τὴν αἴτησιν ἐποιού-*

---

[1]) cf. Hermog. *Π. μεθ. δειν.*, Rh. Gr. II p. 446. 20ss. (Sp.): '*περὶ τοῦ ἀνεπαχθῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν.*'

μην Τίτον et Vi 420 *ἤλγησά τε τὴν ψυχὴν καί μετὰ δακρύων προσελθὼν Τίτῳ εἶπον.*

Aliam rationem *τοῦ ἤθους* excitandi cognoscimus ex quibusdam narrationibus saepius iteratis, quibus Galilaei summa cum exsultatione studium erga Josephum exprimentes inducuntur et quae Josepho idcirco certe pergratae erant, quod non solum apud eos, qui talia spectacula legunt, facile affectus similes exsolvuntur, sed etiam *τὸ πάθος*, cum alii homines de scriptore iudicare videantur, non tantopere retinendum est.

Vi 84 *Τοσαύτη δ᾽ἦν ἡ πρός με τοῦ πλήθους τῶν Γαλιλαίων εὔνοια καὶ πίστις, ὥστε ληφθεισῶν αὐτῶν κατὰ κράτος τῶν πόλεων, γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων ἀνδραποδισθέντων, οὐχ οὕτως ταῖς ἑαυτῶν ἐπεστέναξαν συμφοραῖς, ὥσπερ τῆς ἐμῆς ἐφρόντισαν σωτηρίας.* Quae verba autem nihil aliud nisi superlationem rhetoricam esse Josephus ipse alio loco naturam hominum multo praeclarius perspiciens demonstrat: Vi 207 *πολλοὶ δὲ καὶ πανταχόθεν συνήχθησαν μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, οὐ πόθῳ, δοκῶ μοι, τῷ πρὸς ἐμὲ μᾶλλον, ἢ τῷ περὶ αὐτῶν δέει τοῦτο πράττοντες· ἐμοῦ γὰρ παραμένοντος πείσεσθαι κακὸν οὐδὲν ὑπελάμβανον.*

Cum supervacaneum sit omnia exempla idem argumentum dictionibus plus minusve variatis proferentia ad verba adscribere, ex magna exemplorum copia satis habeo haec attulisse, ut reliqui loci tantum enumerandi sint. Vi 230—233 ∼ Vi 244 ∼ Vi 250 ∼ Vi 251 ∼ Vi 259 ∼ Vi 205 ∼ Vi 210.

Non minus providentia dei documento est virtutibus Josephi, quippe qui deum pios bonosque tueri credat, ut is qui legit, quomodo quotiesque benevolentia manifestet in Josepho servando, inclinatione quadam voluntatis in eum propendeat.

Vi 83 *διὰ τοῦτ᾽ οἶμαι καὶ τὸν θεόν, οὐ γὰρ λελήθασιν αὐτὸν οἱ τὰ δέοντα πράττοντες, καὶ ἐκ τῆς ἐκείνων ῥύσασθαί με χειρὸς καὶ μετὰ ταῦτα πολλοῖς περιπεσόντα κινδύνοις διαφυλάξαι* ∼ Vi 15 ∼ Vi 425 ∼ Vi 301 ∼ Vi 318. Magni momenti est

locus Vi 402/3: Josephus hostes persequitur: *κἂν κατώρθωτό μοι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡ πρᾶξις μὴ ἐμποδὼν γενομένου δαίμονός τινος.* Lapsu enim equi prosternitur. Deus igitur omnium bonorum, omnium malorum *δαίμων* seminator est. Cuius cogitationis causa repetitur ex verbis Vi 12: *τῇ Φαρισαίων αἱρέσει κατακολουθῶν, ἡ παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησιν Στωικῇ λεγομένῃ.* Ut iam Euripides[1]) dicit, Ion 1374:

τὰ τοῦ θεοῦ μὲν χρηστά, τοῦ δὲ δαίμονος βαρέα.

Unde hanc rationem Josephus duxerit, egregia Wolffii disputatione de auctoritate philosophorum Graecorum (l. c. p. 17—24) patefit (cf. etiam l. c. p. 36 *ἡ θύελλα δαιμόνιος*). Etsi multae sententiae cum praeceptis philosophorum Graecorum ac potissimum Stoicorum consensus quosdam habent, tamen cavendum est, ne eas ex studiis philosophiae fluxisse putemus, sed quin plerasque philosophiae populari et scholis rhetorum debeat Josephus, vix quisquam invenitur qui dubitet.

Restat ut inquiramus, qualis sit usus moralis *τοῦ ἤθους* in libris c. Ap. exsistentis, quem quod hi libri diversum argumentum atque Vita tractant, ab usu in Vita adhibito maxime differre per se est conspicuum. Josephus Iudaeorum vetustatem demonstraturus curat, ut is qui legit sibi demonstranti a primo confidat.

Dionysius Hal.[2]), ut dictio tres virtutes habeat, postulat, de Dem. 34 p. 1062 U.-R. *καὶ τῆς σαφηνείας καὶ τῆς συντομίας καὶ τοῦ πιθανοῦ χωρίον ἀποφαίνουσιν οἱ τεχνογράφοι τὴν διήγησιν.* Perspicuitas duplicis generis est, cum et ars praeclare disponendi atque coniungendi singulas partes, qua de arte supra disseruimus (p. 2 ss.), et delectus verborum sermonem efficiat perspicuum. Si licet monere de triplici *τοῦ ἤθους* distinctione (p. 20), intellegimus de-

---

[1]) Kaibel, Soph. El., ad v. 916.

[2]) R. Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer (1872) p. 113.

lectum verborum esse tertiae partis ‘usus subiectivus-dynamicus’ nominatae. Restant igitur

ἡ πιθανότης et ἡ συντομία[1]).

Ad studium veri dicendi pars altera excursus prioris tota pertinet, I 47—56. τοσοῦτον δέ μοι περιῆν θάρσος τῆς ἀληθείας I 50. οὗτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν, ὅτι τῆς ἀληθείας προύστην ἐπιμελῶς, οὐκ ἂν ὑποστειλάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴ τι κατ' ἄγνοιαν ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων ἢ παρέλιπον I 52 ∾ I 112 ∾ I 24. Excursus quoque in Iustum (Vi 357--367) multa eiusmodi exempla praebet[2]). Imperatores testes fiunt Vi 359—367, et praecipue testimonia Titi et Agrippae praedicantur Vi 361. Ut finem excursus faciunt verba ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἐμαρτύρει, καθάπερ πάντες οἱ ταῖς ἱστορίαις ἐντυγχάνοντες, ita libri c. Ap. circumdantur his verbis I 3: διδάξαι δὲ πάντας, ὅσοι τἀληθὲς εἰδέναι βούλονται, et in epilogo II 296: σοὶ δέ, Ἐπαφρόδιτε, μάλιστα τὴν ἀλήθειαν ἀγαπῶντι, καὶ διὰ σὲ τοῖς ὁμοίως βουλησομένοις περὶ τοῦ γένους ἡμῶν εἰδέναι τοῦτο καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γεγράφθω βιβλίον.

Dubitatio de veritate scriptoris haud inepte sedatur et tollitur scientia atque eruditione asseverata.

I 54 τὴν μὲν γὰρ ἀρχαιολογίαν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθηρμήνευκα γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους καὶ μετεσχηκὼς τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι, quorum verborum similem locum ex epilogo Antt. (XX 262ss.) supra apposui (p. 1). Ἡ ἀπαιδευσία repudiatur II 130: μιμεῖσθαι γὰρ οὐ προσῆκεν τὴν Ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν.

Non minus scriptor animos legentium sibi conciliabit industria et diligentia. Maxime huc spectat ἡ αὐτοψία.

I 46/7 ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ γενομένου νῦν ἡμῖν πολέμου τινὲς ἱστορίας ἐπιγράψαντες ἐξενηνόχασιν οὔτ' εἰς τοὺς τόπους

[1]) cf. W. Schmid, Att. III p. 321/4.

